

Matth. 5. n. 11. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me.

VERSIONES.

Syriacus. Beati vos, quum exprobraverint vobis, vosque persecuti fuerint; & dixerint omne verbum malum adversum vos propter me, in mendacio.

Vatablus. Beati estis, cum probrajecerint in vos, & persecuti fuerint, dixerintque quodvis malum verbum, &c.

Tertull. ad ver. Beati eritis, cum vos desiderios Gnosticos, cap. 9. cuchi fuerint, & dixerint mala.

Theophylactus. Beati estis, quando exprobraverint vos.

ALTER TEXTUS.

Lucas 6. n. 22. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis.

EXPOSITIO.

237. TOLERANTIAM persecutionum, ut excellentissimum, non solum proposuit Dominus, ut praestantius aliis beatitudinibus, sed etiam nunc specialiter explicat modo hic secundum ejus partes, & sequenti versu secundum praemium. Et quantum ad praesens, ut recte observat Albertus Magnus, tria facit Dominus. Apponit persecutionum partes: cum maledixerint vos, &c. Secundum modum, mentientes Tertio causam, propter me. Et nota, quod non ait Dominus in nostro Matthaei textu: Beati eritis, sed estis, quia tolerantia persecutionum jam de praesenti facit beatos. Si vero Lucas ait, Beati eritis, est alius sermo distinctus, ut iam notavi quae 1. & 2. Et etiam respicit tempus praesens ad ipsa maledicta; quia tunc futuri sunt beati, cum eos oderint homines.

238. Triples potest distingui persecutio, ut norant D. Paschasius lib. 3. in Matth. Albertus Magnus, S. Thomas, Hugo, cordis, operis, & oris. Et haec tres persecutiones hic ponuntur. Persecutio

cordis: Cum maledixerint vobis homines. Maledicta, ac convicia, & vituperia, quae iniqui in Sanctos injiciunt, ex odio cordis procedunt. Ut ait Hugo, ex eo quod peccatores detrahunt justis, inde aperte colligitur, quod ipsi sint probi & sancti; peccatores enim sibi similes. Psalm. 9. num. 24. Laudatur peccator in desideriiis animae suae, & iniquus benedicitur; nempe à sui consimilibus, ut tenet communis vox Expositorum. At contra justos aliter se habent iniqui. Eleganter ait Chrysostomus hom. 15. in Matth. Dixerint omne malum adversum vos; videlicet ostendens ipsorum hoc esse proprium. Iniquorum consuetudo est, ut in justos, quos odio habent, omnem projiciant malorum congeriem, ad eorum virtutem in aliorum oculis obscurandam, & obnubilandam.

Insectatio operis: Et persecuti vos fuerint. Interlinealis, Persequi est, vim inferre, vel insulsi appere; ut faciunt iniqui in justos. Exod. 15. numero 9. Dixit inimicus: Persequar, & comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea. Sed ipse descendit vivus in profundum, & justus ambulans super mare venerunt ad Terram promissionis. Persecutio oris: & dixerint omne malum; scilicet verbum, ut habent Syriacus, Pagninus, Vatablus, Arias; adversus vos; hoc est, dixerint contra vos blasphemias, falsa crimina, & impositiones Blasphemantur, & obsecramus, 1. 1. Cor. 4. Corinth. 4. n. 13. Sedens adversus fratrem suum loquebaris, & adversus filium matris tuae ponebas scandalum, Psalm. 49. num. 20. Et si maledicere referas ad persecutionem oris, adhuc distinguitur maledicere, à malum dicere, ut notant Haymon, D. Thomas. Nam maledicere est praesentibus injurias inferre; & malum dicere est absentibus derogare, ac detrahere: iniqui enim in justos semper duos se habent, sive sint praesentes, sive absentes.

Mentientes, sicut habet Syriacus, In mendacio. Ecce mobas persecutionis. Dicunt, & faciunt illa iniqui, non ex veritate, sed ex mendacio. Mendaces ostendit; quia maculaverunt illum, Sapient. 10. num. 14. Animosè illa contemnenda sunt à sanctis Martyribus, cum ex mendacio proferantur. Propter me. Ecce tertium, quod est causa, & motivum persecutionis, quia, ut ait Chrysostomus citatus: Qui mendaciter blasphematur, & propter Deum, beatus est; sed si alterum deest, non est merces beatitudinis. Ad beatitudinem requiritur, quod illa contumelia, & persecutiones sustineantur ob Christum, 1. Petr. 4. num. 14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Quia, ut ait D. August. epist. 61. Pana non facit Martirem, sed causa.

QUESTIO XXXI.

Quare Christus Dominus hic non loquitur cum turbis, sed specialiter ad discipulos sermonem dirigat?

241. N ceteris beatitudinibus cum omnibus loquitur Dominus: Beati pauperes spiritu: beat

Difficultas quaestiois.

beati mites, &c. At cum ad tolerantiam persecutionum, quæ sit per falsa testimonia, opprobria, ac tormenta, devenit, non jam cum turbis, sed cum discipulis habet sermonem; nam ad illos ait: Beati estis, cum maledixerint vobis, &c.

242. Respondeo primò, quod hæc dicit Dominus discipulis, & coram turbis, ut eos præmuniret, & corroboraret ad hujusmodi persecutiones sufferendas. Nam, ut ait D. Gregorius homil. 35. in Evangelia. Minus jacula serunt, quæ prævidentur. Et hæc dixit discipulis tanquam propria ipsorum coram turbis, ut quando populi, & nationes viderent discipulos in mundo vexatos, opprobriisque affectos, eorum innocentiam intelligerent, cum illa homines mentientes, & à veritate aberrantes machinarentur, ac dicerent in eos. Et etiam turbæ scandalum non passæ essent in persecutione discipulorum, cum illa omnia à Christo essent prædicta propter ipsum sufferenda. Et ut etiam turbæ viderent meritum & virtutem discipulorum, qui cum illas insectationes, ac vexationes seirent; à Christo non recedunt, sed omnia conculcantes ei firmiter adhaerent.

243. Secundò, D. Chrysostomus homil. 15. Hic ait, non invidiè posuit, sed ad ipsos profus dirigendo sermonem, dicens: Beati estis, cum exprobraverint vos; videlicet ostendens, ipsorum hoc esse proprium, & super omnes alios, istud dictum esse proprium. Theophylactus. Ad ipsos Apostolos se convertit, ostendens, quod maxime proprium sit doctribus appropria audire. Cum discipuli essent creati doctores, & magistri totius orbis, eis commendat Dominus specialiter patientiam, quia hæc maxime necessaria est magistris, præceptoribus, ac Prædicatoribus, qui sepe ob veritatem, quam docent, maledicuntur à populis, & ab auditoribus; & tamen eorum munus est, illa contemnerè, & communi consulere bono.

244. Tertio, D. Thomas supra ab eo loco: Beati pauperes; instruit generaliter ea, quæ erant perfectionis hic sermonem ad discipulos dirigit, ubi primò monet eos ad passionum tolerantiam; secundò ad executionem sui officij diligentiam: Vos estis sal terra. Postquam Dominus generaliter cum omnibus locutus est, ad discipulos suos ordinat sermonem, eosque instruit primò in persecutionum tolerantia, secundò in munere sui officij; Vos estis sal terra; quia hæc duo valde connexa sunt; qui enim habet officium publicum, multis est expositus incommodis, & ideo magna patientia indiget. Et ita cum instigaretur David ab Abisai, ut Semei interficeretur, ait Rex: An ignoro, hodie me factum Regem super Israel, 2. Reg. 19. num. 22. Quia, cum illa die se existimaret creatum Regem, multa patientia indigebat. D. Bernardus hoc luculenter explicat ser. 25. in Cantica. Ubi Prælatos ad subditorum convicia supportanda comparat cum Medicis, Medicos se, ait, non dominas agnoscentes, parans confestim adversus ebrensem animam, non vindictam, sed medicinam.

245. Quarto, Cajetanus, Novitius hujus beati udinis significatur, ait, per hoc, quod reliquis in tertia persona descriptis hæc sola in secunda persona promulgatur ad ipsius noviter Incarnati Verbi discipulos, dicendo: Beati estis: Cæteras beatitudines existimat Cajetanus veluti communes novo, & ut Sylveira in Evang. Tom. 11.

Qui habent officium publicum, indigent patientia. Qui habent officium publicum, indigent patientia. Qui habent officium publicum, indigent patientia.

246. Patientia propria discipulorum Christi. Patientia propria discipulorum Christi. Patientia propria discipulorum Christi.

ad persecutionem devenit, tanquam propriam novæ legis, ideo ad suos discipulos se convertit. Tam perfecta, raraque virtus tunc in hominibus reperitur, cum Christi Domini præfulgens nitet exemplum.

246. Quintò, D. Paschasius lib. 3. in Matth. D. Thomas supra datus. Hic sermonem ad discipulos dicit. D. Thomas rigit, ubi monet eos ad passionum tolerantiam, quod opus perfectum habet. Ubi explicatur beatitudo paupertatis, famis, sitis, lachrymarum, & turbis omnibus proponitur. At ubi venit sermo de patientia inter falsa testimonia, calumnias, opprobria, ac injurias, jam non cum turbis, sed cum solis Apostolis agit. Quia patienter cum silentio sustinere falsas impositiones, impudenter contumeliosaque verba, paucorum, & perfectissimorum est, cum hoc valde durissimum, acerbumque sit. Quod latè meditator Ambrosius D. Ambrosius lib. 2. de interpellatione in Job cap. 3. Amiserat, ait, Job omnia sua: patiebatur vulnera caro ejus; manebat, ut tentationes verborum vinceret, nihil enim si penetrat animam, sicut sermo facit: nihil iterum sic mordet ut durior sermo. Multi, cum vicerint adhibita tormena, sermonum duritiam non sustinerunt.

247. Quantæ verò perfectionis, si hæc patientia ait Jacobus 1. num. 4. Patientia opus perfectum habet. Sed quid dicitur in hoc peculiariter de patientia? Nonne omnis virtus opus perfectum habet, aliter virtutes non essent, si hac perfectione carerent. Quid ergo peculiare habet in hoc patientia? Serm. de patientia, de illa ait D. Zeno. Patientia omnes devitat, aut portat injurias. Et postea ad finem serm. ait: O quam vellem te, si possem, rerum omnium regina patientia, magnis clamoribus celebrare. Scio enim, quia non tantam in multiplicandis virtutibus laudem ponis, quantum in finiendis. Expende ultima verba. Unaquæque virtus suam habet opus perfectum, at patientia negotium est perficere, & consummare ipsas virtutes, ita ut unaquæque per patientiam habeat ultimatum, & absolutam numeris omnibus perfectionem, ut ipse sanctus Pater discurrendo per aliquas virtutes comprobatur, & ostendit.

248. Matth. 5. n. 12. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.

VERSIONES.

Syriacus. Tunc gaudete, & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui vos præcesserunt.

Text. Hebraic. Quoniam præmium vestrum.



ALTER TEXTUS.

Luce. 6. n. 23. Gaudete in illa die; & exultate. Ecce enim merces vestra multa est in celo, secundum hac enim faciebant Prophetis patres eorum.

248. Hieron.

BIATA contumeliæ, quæ tot, & tam præclara pariunt, ut ait Divus Hieronymus. Ingens persecutionis præmium explicat Dominus, & tria ponit, gaudium, illius causam, & confirmationem in tolerantia. Gaudete, intus in corde, & exultate, extrâ in corpore: gaudium ingens animæ in corpus redundat. Quoniam merces vestra. Causa gaudij merces vestra, scilicet Deus. Sic dicitur Abrahamo: Ego merces tua magna nimis. Genes. 15. num. 1. Et ait Dominus, merces vestra; non gloria vestra, non beatificatio vestra, sed merces. Cajetan: Sub ratione debiti promittitur felicitas æterna in sola hac beatitudine: merces enim, non ex gratia datur, sed ex justitia redditur pro opere: ut intelligatur, ad tantam effectus celsitudinem Incarnati Verbi, ut etiam debita sibi vindicent æternæ gloriæ præmia, juxta Paulum: Reposta est mihi corona justitia. Non solum Dominus promittit gloriam, sed etiam sub ratione præmij, ut suos magis condecoret, ac nobilitet. Copiosa est in celis. Inexplicabilis est magnitudo cælestis beatitudinis; non enim dicitur quanta, & qualis sit, sed copiosa, seu multa; non in terris, sed in celis. Per quod explicatur ingens, & superexcellens illius magnitudo. Et ideo, ut notat D. Thomas, non dicitur in celo, sed in celis pluraliter, propter præmiorum magnitudinem. Vel copiosa, ut ait idem Angelicus Doctor, respective, quia non sunt condigna passionibus hujus temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis; Rom. 8. n. 18.

Genes. 15.

Cajetan. Cyprian. Ad decorand. doctus sub ratione præmij promittitur beatitudo

Magnitudo præmij.

D. Thom.

Rom. 8. 249.

Gregor.

Jacobi 5.

Exempla maxime movent. Machab. 1.

QUESTIO XXXII.

Quare in sola hac beatitudine præcipiat Dominus gaudere?

OCTO beatitudines hic explicat Christus Dominus, tamen, cum ad solam advent in persecutionibus patientiam, gaudere præcipit: Gaudete, & exultate. Cur, non cum de pauperibus, miribus, ac mundis corde egit; sed cum ad tolerantiam laborum devenit, tunc addidit: Gaudete, & exultate. Sunt recentiores, qui dicant, quod ideo præcipit gaudere, quia per hac heati estis. Secundò, quia vobis manet ampla merces in celis. Tertiò, quia similes estis Prophetis, qui fuerunt viri sanctissimi. Sed hæc etiam militant in qualibet beatitudine: ac proinde aliquid hic magis est explicandum. Præcipit ergo gaudere, quia per martyrium, ac patientiam in persecutionibus jam estis beati, & per ipsam habetis in celis præstantissimam coronam, ac præmium, & ideo in sola hac beatitudine ponitur: Merces vestra copiosa, seu multa est in celis. Et quia, ut ait Carthosianus, per illam Christo, & Sanctis conformamur, quæ ulla potest esse major ratio gaudendi, quam Christo conformari.

Secundò, S. Thomas. Gaudete, & exultate, S. Thom. & in præcedentibus beatitudinibus non? Responsio. Hac beatitudo est circa tolerantiam passionum, quod est difficillimum in comparatione ad alia supra posita, propter quod indiget persuasione; vel hoc addidit, ne Apostolos quasi novitios, citò terreat, quos alloquitur. Duo nos inculcat Angelicus Doctor. Primò quod non in aliis beatitudinibus, sed in sola hac, ob sui difficultatem, quæ est in persecutionum tolerantia, proponit gaudium, mercedem, & exemplum, ut ita eos persuadeat, ac moveat ad eam amplectendam. Secundò. Ne Apostoli incipientes, ac novitij illius asperitate deterreantur, ideo mat. Vide supra cap. 3. num. 39. & cap. 9. num. 48. & 85.

Tertiò Cajetanus. Magnitudo gratia futura in tolerando injurias, propter Christum illatas, significatur per præceptum gaudendi in persecutionibus. Dum per præceptum Domini disponuntur in tribulatione, ac morte, non tristitia, sed gaudio, & exultatione affici, & repleti, indicatur magna gratia, quæ est largienda, ut inter illa tuti, & securi persistant, ut ineditatur D. Chrylostomus in Acta Apostolor. homil. 14. Nam Deus à suis electis non tollit persecutiones, sed dat levamina, & unctiones: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego relevabo vos. Tollite jugum meum. Matthæi 11. num. 28. D. Bernardus serm. 11. in Psalm. Qui habitat; ita ait: Non onus subtrahit, aut laborem: magis autem onere alio, alio labore commutat; sed onere levi, suavi jugo, in quibus requies, ac refectio, etsi minus appareat, tamen invenitur.

Quartò. D. Cyprianus lib. 4. epist. 6. ad Thiburtianos, Gaudere, ait, & exultare nos voluit in persecutione Dominus, quia quando persecutiones fiunt,

Cap. XI. Commendantur Præs. Eccles. 307

Occasio amoris manifestandi valde jucunda a manti. sunt, tunc datur corona fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patet celi. Hic præcipit gaudere, quia in hac persecutionum tolerantia datur occasio, ut nostra fides, amor, & confidentia in Deum prodeant, & cunctis manifestentur. Et nulla major potest esse ratio gaudendi Deum intimè diligenti, quàm dum offertur tempus, quo ejus fides, & amor omnium oculis sint patentes, ac in persecutionum fornace hæc maxime probentur.

Quintò. Hic præcipit Dominus gaudere, si dicatur, quod ratio gaudij est magna merces in celo: etiam pauperibus, mitibus, mundis corde præclarissima merces assignatur: nulla major esse potest, quàm regnum cælorum, terra viventium, & ipsa visio Dei: immo, ut sæpe dixi ex Augustino, Chrylostomo, in omnibus beatitudinibus promittitur regnum Dei sub alio, atque alio nomine. Cur ergo hic tantum mandat Dominus gaudere, & exultare? Associabat Dominus hic Apostolorum præmium cum mercede Prophetarum: Copiosa est merces vestra in celis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante ratio; & justis, ac Sanctis magna est gaudendi ratio, dum in sua beatitudine, in suis præmiis, & coronis habent consortes, atque socios. Quamvis merita Apostolorum excellentiora essent meritis Prophetarum; cum tamen hi in sociis illis dantur, tunc Epistoli gaudere, & exultare jubentur.

Adstant divini seniores ante thronum, & vox turbæ magna clamat: Gaudemus, & exultamus & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & usor ejus præparavit se, & datum est illis, ut cooperaret se byssino splendens, & canido, Apoc. 19. n. 7. Nunquam cælestis Aquila tantam nobis lætitiæ, exultationemque in cælesti curia narrat, ac modò quando nuptiæ Agni celebrantur. Sed quæ hæc nuptiæ & quæ hæc sponsa: Nuptiæ tempus remunerationis, ac ingressus in beatitudinem, ut explicant Andreas, Aretas, Ansbertus, Viegas, & alij. Spontè verò, sumus nos filij ipsius Ecclesiæ, qui induci byssino justitiæ, & charitatis, cæterarumque virtutum ad patriam cælestem vocamur. Et ita ibi dicitur: Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt. Ideo tantum gaudium, ac exultatio indicitur, ac publicatur cælestibus spiritibus, quia jam in sua beatitudine socios habent, atque consortes: quod erat eis magna ratio gaudendi. D. Ambrosius. Ideo gaudemus, ait, ideo exultemus, eo quod misericordia conditoris nostri Ecclesiam suam qua sumus nos, ita sibi conjugere sit dignatus, ut sponsa conjugitur sponso suo.

Andreas. Aretas. Ansbert. Viegas. Tunc gaudet Angeli, cum in gloria socios habent. Ambros.



CAP. XI.

Commendantur Præsules Ecclesiastici.

Matth. 5. n. 13. Vos estis sal terræ, quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut

mittatur foras, & conculetur ab hominibus.

VERSIONES.

Franc. Lucas. Vos estis sal universæ terræ, quod si sal desipuerit, seu infatuatum, ad nihilum valet amplius, nisi ut projiciatur foras. Quod si sal infatuatum fuerit, quo salietur? ad nullum venit usum, nisi ut projiciatur foras. Syriacus. Si sal terræ evanuerit, in quo condietur. Chromantius. Si sal terræ evanuerit, in quo condietur. D. Hieron. epist. Ad nihilum est utile, advers. Lucif.

EXPOSITIO.



COMMENDAT Dominus hoc loco suorum Apostolorum dignitatem; & in eis omnes Prælati, & Doctores Ecclesiastici instruuntur, ut notat D. Gregor. hom. 17. in Evang. Gregor.

Et in iis encomiis celebrandi à communi via non deviat communis Magister. Quia enim valde familiare est Syris, ac Hebræis in sermone uti parabolis, ac metaphoris, ut facilius doctrina infunderetur in auribus, ac animis audientium; ideo Dominus suos appellat, sal terræ, lucem mundi, civitatem supra montem positam, ut per familiarem modum loquendi facilius alliciat. Et hæc Apostolis dicuntur à Christo, non ut à Domino, non ut à Rege, vel Principe, sed à J. Sacerdotali, c. 6. Audire meruerunt à J. Sacerdote: Vos estis lux mundi; Sal terræ. A giudice mundi hæc celebrantur, quia hujusmodi excellentias, procedente divina gratia, Apostoli, non favore, & benevolentia, sed suis meritis, & sudoribus sunt asseculi. Et idem statim apponitur pœna discedentium à proprio munere, Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras.

Tria præstat hic Dominus, ut notat D. Thom. Omnium virorum Apostolicorum officium: Vos estis sal terræ. Eorum periculum: Si sal evanuerit. Tertiò supplicium: ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, &c.

Vos estis sal terræ. Vos o discipuli mei, quantum in discursu sermonis cum omnibus turbis locutus fuisset Dominus, tamen hic sublimiora dicens, ad Apostolos dirigit verba, sicut Prædicator, ut ait Abulensis, quando sublimiora dicit, ad doctores se convertit. Et ait, Vos estis sal; sicut enim cibum inspidum, ac infatuatum nauseam provocantem, suo palato reddit lapidum, gratum, atque jucundum; sic vos universam Gentium multitudinem, sal ignorantia inspidam invisam, & ad nauseam promoventem, debetis vivo eloquio, Evangelicæque doctrinæ lapidam, ac Deo reddere gratam. Per terram autem intelliguntur homines, ut docent D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini D. Chryost. hom. 15. Chromantius, Beda; Threophylactus, Euthym.

August. Chryost. Chromant. Beda. Threophyl. Euthym.